

17

Q. B. V.
DISSERTATIO CHRONOLOGICO-PHILOLOGICA

DE
**ANNIS ACHAZIAE,
PARENTE SUO
ÆTATE
NON MAJORIS,**

Ad 2. Chron. XXII: 2. 2. Chr. XXI. 5. 20. &
2. Reg. VIII: 26.

QUAM,

Suffragante Ampliss. Facult. Philosoph. in Illustri
Acad. Aboensi,

PRÆSIDE,

VIRO AMPLISSIMO atq; CELEBERRIMO,

D^N. CAROLO ABRAH.
CLEWBERG,

L. L. O. O. & Græc. PROFESS. Reg. & Ord.

Publicæ honorum censuræ modeste submittit

OLAVUS WESTZYNTHIUS, Joh. Fil.
OSTROBOTNIENSIS,

Ad diem IX. Febr. Anni MDCCLIV.

L. H. Q. S.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typog. Reg. M. Duc. Fin-
land, JACOB MERCKELL.

VIRO Summe Reverendo atque Amplissimo,
D^{N.}. G A B R I E L I
F O R T E L I O ,

S. S. Theologiæ Doctori Consummatissimo, Ecclesiæ
rum, quæ Borgoæ Deo colliguntur, Antistiti Gravissi-
mo, Diœceseos ejusdem Archi-Præposito Adcuratissi-
mo, Consistorii Adseffori Primario Æquissimo, Mæce-
nati Maximo, ob arctum sangvinis nexum Avunculi no-
mine ad cineres colendo, devenerando.

Primicie studiorum, qualia fovere valuit adolescentia omni e-
pe & fulcro destituta, non ex more, verum ex obligatione
eaque summa, TIBI, VIR Summe reverende, humillima mente sa-
cra constituuntur. Secrevit TE, atque superstiens voluit Provi-
dencia eterna in decus, de quo, specialiori titulo, congratulatur
sibi universa cognatio. Ex hac, ego, non solus, gratiam apud TE,
inter nostros mortales longe rarissimam, memet dudum memini
expertum. Cui ergo potiori quam TIBI jure, erigendum unicum
hocce, quod valeo, venerationis ac gratitudinis publicum moni-
mentum? Accipias illud, intensissima submissione obtestor, Sum-
me Reverende Avuncule, gratia solita, & erigentis pietati respon-
dente. Prius aërem spirare desinam, quam pro TUO perenni flore
Sumnum Nomen ardentissimis defatigare precibus. Benedicat TI-
BI Deus, & sub tot, tantisque quibus premeris quotidie oneribus,
vegetas novasque in dies singulos largiatur vires! Sero illucescat
dies, quo TE Respublica, Ecclesia, Familia Amplissima, cognatio
& clientes desiderent!

SUMME REVERENDI AVUNCUL.

devotissimus ciliens
OLAVUS WESTZYNTHIUS.

VIRIS Admodum Reverendis atque Praelarissimis,
Dn. Mag. JOHANNI FORTELIO,

Antistiti Helsingfortensium longe meritissimo, & adjacentis di-
strictus Præposito Gravissimo, Patrono, Avunculi nomine, ju-
gi reverentia ad rogum usque colendo, suspiciendo.

Dn. JOHANNI ALTAN,

Ecclesiarum Lohtoënsium Antistiti longe meritissimo, & con-
tractus adjacentis Præposito adcuratissimo, Patrono ac Be-
nefactori, jugi pietate & zelo atatem devenerando.

Dn. Mag. ABRAHAMO ROERING,

Ecclesiarum, quæ in Stor-Lojo Deo colliguntur, Pastori lon-
ge meritissimo, nec non contractus vicini Præposito Adcura-
tissimo, Patrono, Evergetæ & Consobrino, Avunculi nomine,
omni venerationis & pietatis cultu ad cineres prosequendo.

Pati amini, Patroni & Avunculi Benignissimi, humillimus
obtestor, ut exeat jam, & indicio qualicunque semet pro-
dat latens in VOS veneratio & pietas. Devolvitur eo fine ad
Aram Vestre Benivolentia specimen hocce tevidense. Adspicite,
obsecro, illud serena fronte, meque in posterum immerito Vestro
favore beare ne dedignamini. Vivatis, Patroni & Avunculi,
vigeatus & florestatis ad ultimos mortalitatis terminos! Sic ha-
bebunt, de quo tetentur, Patria, Ecclesia, Familia Vestra No-
bitissima, cognati & clientes.

Admodum Reverendorum NOMINUM VESTRORUM

humillimus cliens,
O. WESTZYNTHIUS.

- Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo;*
Dn. Mag. JOHANNI SALMENIO,
Pastori in Calajoki meritisimo, Fautori propensissimo, qua-
par est veneratione semper prosequendo.
- Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo;*
Dn. JACOBO CHYDENIO,
Pastori Ecclesiarum Gamle-Carlebyensium meritissimo, Fauto-
ri omni observantia atatem colendo.
- Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo;*
Dn. Mag. PETRO NICOLAO MATHESIO,
Ecclesiarum, quæ in Pyhäjoki Deo colliguntur, Pastorimeritis-
simo, Fautori singulari, pio zelo ad cineres colendo,
devenerando.
- Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo;*
Dn. MATTHIAE PAZELIO,
Pastori in Kelviä meritissimo, Fautori certissimo, nullo non
tempore colendo, suspiciendo.
- Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo;*
Dn. Mag. JACOBO FALANDER,
Pastori in Carlö meritissimo, Fautori & Consanguineo pro-
pensissimo, omni honoris cultu prosequendo.

Vobis, Fautores, Avunculi & Consanguinee Benignissimi,
obsides qualescumque venerabunde, ac pro multifario fa-
cum fidissima originæ atque perennis

NOMINUM

humillimus
OLAVUS

Plurimum Reverendo atque Preclarissimo,

Dn. ERICO FORTELIO,

Pastori in Saastmola meritissimo, Fautori, Avunculi loco, omni pietatis & venerationis cultu etatem prosequendo.

Plurimum Reverendo atque Preclarissimo,

Dn. Mag. JACOBO GARVOLIO,

Pastori in Sijcajoki meritissimo, Fautori, jugi reverentia collendo, suspiciendo.

Plurimum Reverendo atque Preclarissimo,

Dn. Mag. GUSTAVO JUSLENIO,

Pastori in Cronoby meritissimo, Fautori Exoptatissimo, certissimo, nullo non tempore devenerando.

Plurimum Reverendo atque Preclarissimo,

Dn. Mag. HENRICO WALLENBORG,

Pastori in Lillkyro meritissimo, Fautori, ob jura affinitatis, Avunculi nomine perpetim devenerando.

Spectatissimo atque Consultissimo,

Dn. LAURENTIO JOH. BRUNELL,

Prætori ditionis Australis Uloburgensis prudentissimo, Fautori singulari, ea, qua par est, pietate perpetim prosequendo.

Exoptatissimi, meditationes basee Chronologico-Philologicas, in vore, multifariis in se collatis beneficiis gratissima mentis, felicitatis adprecatione, dat dicat, & dedicat

VESTRORUM

cultor

WESTZYNTHIJS.

Sacellanan i Calajoki, Sievi, Ärewördige och Högwällärde Herr ABRAHAM FORTELIUS,	Sacellanan i Paldamo; Ärewördige och Höglärde Herr Mag. ISAAC FORTELIUS, Mine Högtärade Cousiner.
Råd-och Handelsmannen i Gamle-Car- leby, Högachtad Herr JACOB WEWILIUS, Min Synnerlige Gynnare.	Sacellanan i Kelviå; Ärewördige och Högwällärde Herr MARTIN LAURIN, Min Högtärade Käre Sväger.
Handelsmannen i Gamle-Carleby, Högachtad Herr ZACHARIAS WALDING, Min Synnerlige Gynnare.	Sacellanan i Calajoki, Ylivieska, Ärewördige och Högwällärde Herr MAGNUS WESTZYNTHIUS, Min Kärälskelige Broder.

Wälkommen dag, som äntlig i Herrar, Eder godhets lott
 gier Jag nutit, ei i almänt mått,
 Ett sinne, lust och öpning mer Besynnerlig Er ynneft warit.
 At gå i dag, och werlden wifa Er ömhet, mine Bröder kär'
 Hvad längre stätt i mörcker qvar, Om Högden sin sielf witne bär;
 Och i sin trängsel knappaft har Nog späd, i mångt, jag den
 Af enrum - prof sig kunnat erfari,

Ty ha'an nu här, jag wörfamt ber,
 Offentlig tack af tienar'n Er.
 Er offras detta wärcket ringa:
 Förr ses mitt stoft förutan siål,
 Än jag förgäter för Ert wäl
 Ett hett begär til högden swinga.

Mine Herrars och Bröders

börsamste tjenare,
 Q. WESTZYNTHIUS.



§. I.



On heri primum, aut nudius tertius, obtervatum ab iis, quibus licuit Sacros adire Fontes, Chronicorum libros variis difficultatibus laborare, & quidem fatis impeditis. Iis tollendis, locisque conciliandis inter se pugnantibus, operam dederunt multi. Quam fuerint Judæi in componendis Scripturis Sacris religiosi, si id ageretur, pluribus probari posset. Id certe vel ex hac eorum regula hermeneutica adparere judicat Hottingerus, qua nimirum, si duo versus sibi invicem contradictant, suspendere jubent judicium tamdiu בנורה הכתוב השלישי ויבראע עד שיבוא donec venerit locus tertius, & preponderet inter eos. (a) Quantum operæ huic conciliationi impenderint cordatores Christianorum, res est notissima. Sed nec defuerunt, qui vel pruritu quodam critico acti, vel iniquiori in Scripturas animo, עפתי דרכם

λένοντες, in fontium puritatem debacchari non dubitarent, quam primum ἐνωπόφανεια in Biblicis ipsis occurrit. Præ ceteris locis, copiosam aliis cavillandi materiem, aliis multum negotii dedit 2 Chron. cap. XXII: v. 2. coll. 2. Reg. cap. VIII. v. 26. Nodum heic occurrentem, ab. Aug. Pfeiffero intactum, tanto licet vindice dignum, nos specimenis Academici loco aliquid edituri, F. D. solvendum elegimus. Eorum autem, initio proterviam vel imprudentiam reprimere conabimur, qui fontium hoc loco corruptiōnem admittunt: deinceps, excussis variorum difficultatem hanc tollendi modis, eum, qui nobis arriserit, qua decet modestia, subiecturi judicio Candidi Lectoris, cuius favori & æquanimitati nosmet ipsos, ut & innoxios hosce conatus, reverenter ac officiose commendamus.

(a) *Hetting. Thes. Philol. p. 230.*

§. II.

VErba textus Hebræi 2. Chron. XXII: v. 2. ita leguntur; בָּנָן אַרְכְּבָעִים וְשְׁתִים שָׁנָה אֲחֹזֵיהוּ בְּמֶלֶךְ וּשְׁנָה אַחַת מֶלֶךְ כּוֹרֹשֶׁלֶם וְשָׁמָן אַמְּרוּ עַטְלִיהוּ בְּתָעָמָרְיָה i. e. Filius quadraginta & duorum annorum (erat) Achazia cum regnaret, & annum unum regnavit in Jerusalem: & nomen matris ejus Athalia (quæ erat) filia Omri. His verhis videtur perhiberi, idq; diserte fatis, quadraginta duos annos natum Achaziam, cum regni habendas adgredetur. Quæ assertio primum illo premitur incommodo, quod sic statuatur filius patre duobus annis senior. Constat enim e 2. Reg. VIII: v.

17. Joramum, Achaziæ patrem, cœpisse regnare anno ætatis XXXII: & summæ rerum præfuisse annos tantum octo. Hos si in summam collegeris, annos habebis quadraginta, quibus elapsis, pater duobus filio junior, ipsi successori reliquit imperium. Sed & altero incommodo eadem laborat adsertio, Achaziæ nimirum ætas, cum regno admoveretur, 2. Reg. VIII. v. 26. non quadraginta duobus, ut hoc loco, sed viginti duobus annis tantum, expresse definitur. Hæc est loci allati cum aliis pugna, hæc difficultates, quæ toties ingenia torserunt interpretum. Quorum plerique de variis modis nodum durissimum solvendi, tueri solliciti. Nonnulli secundum potius arbitrati, texui dicam corruptelæ scribere sunt ausi.

§. III.

Spinozam etiam hunc nodum Scripturæ auctoritati obiecere, non miramur. Nec magis, eandem Whistonum inflare tibiam, qui telis, Spinozæ e pharetra depromtis, pugnare plerumque solet. Nec insolens, L. Capellum, Grotium, Clericum, eorumque affectas, corruptos & hoc loco clamitare fontes. His enim familiare, quavis data occasione, Sacri Codicis integritatem laceſſere, ita vt & nulla urgente necessitate, sana ac integrâ locâ temere vitiata esse contendant. Mirari autem conuenit, Vitrinam, Hüentium, aliosque viros a petulantia critica magis alienos, pedibus in eandem ivisse sententiam. Sic Campegius Vitrunga, Vir doctissimus, sibi aliisque persuadet, fieri potuisse, vt numeri aliqui, in Historia Chronicorum,

rum, quæ dicitur, a librariis fuerint corrupti. (a) "Discrepantiae, ait Huetius, inter hos, nimirum Chro-
"nicorum & Regum libros, fere oriuntur ex depra-
"uatis Ebraici exemplaris lectionibus. Cujus modi il-
"lud est, quod profert Philotophus Theologo-Politi-
"cus II. Paral. XXII: 2 Et, paucis interjectis, hoc ad-
"dit; Facilis est conjectura, lapsum hic esse, in pin-
"genda numeri nota, librarium, ut alias saepe contin-
"git, & pro Δ notatum ν & quæ sequuntur." (b) Sed
euaneat etiam eadem facilitate istud Huetii pigmentum.
Quis enim probauerit, non longe recentius el-
se hoc scripturæ compendium, quo numeri litteris
signantur, quam ut ad Librorum Sacrorum originem
adsturgat? Vnde constat, illis quibus talia placent, vel
hunc, vel alium V. Test. locum, non dictioribus, sed
numericis tantum notis, a Sacris Auctoribus, vel antiquis
librariis scriptum fuisse? Qui sunt vetusti illi & sacri
codices, qui fidem ea de re nobis, contra infinita MS:ta
exemplaria, faciant, & signandis numeris non integras
voces, sed notas adhibeant? (c)

(a) Hypotyp. Hist. s. p. 67. (b) Dem. Evangel. p. m. 301.

(c) Vid. Michael. prefat. ad not. uber, in I. libr. Chronic. p. m. 255.

§. IV.

Ast, inquis, eo tamen inclinare videtur, ut librarii
lapsum heic agnoscat & ipse B. Sal. Glassius, stren-
uus ille puritatis fontium assertor, his verbis; „Nos
“non immerito inexplicabilem hanc esse quæstionem
“cum Hieronymo arbitramur: sique locus iste men-
do

do forsan obnoxius esset, & nulla conciliationis de-“
 bitæ dari posset ratio commoda, ad illud confugi-“
 mus ultimo, quod supra ad locum Num. III. v. 39. “
 resp. 2. fuit monitum, ac reperimus adductam ibi“
 similitudinem, leviter inflexam; ut in vivam aqua-“
 rum scaturiginem incidens lapillus, ipsam propterea“
 coquinatam non reddit; ita, multo minus, di“
 ctionis unius in textu Hebræo immutatio, (cujus“
 exacta satis ratio dari nequit) fontem divinum co-“
 inquinatum & impurum constituit. (a) “ Et nos qui-
 dem Glassio, aliisque piis viris, & in Fontes Sacros
 non inquis, hanc adassertionem nec vitio verti debe-
 re existimamus. In primis, cum & ipse suo exem-
 plo doceat, quod nos quoque contendimus, ægre,
 & non nisi post tentata omnia leniora remedia, eo
 esse deveniendum. Nec enim serra aut securi tra-
 etanda sunt nobilis hujus corporis membra, quam-
 diu malagmatis sanari possunt. Interim tamen, quem-
 admodum alioquin facillima etiam cuivis rustico foret
 locorum inter se pugnantium conciliatio, mendo so-
 lummmodo in uno eorum admisso; ita periculo omni-
 no non caret, si vel minima in unico quoque loco
 concedatur corruptela. Pie admodum monet Petrus“
 Martyr; occurruunt saepe obscura loca in iis chrono-“
 logiis, ad quæ concilianda non eo confugiendum“
 puto, ut dicamus Codicem Sacrum mendotum. Nam“
 Deus, qui pro sua misericordia, voluit divinas lit“
 teras nobis conservatas, eas etiam integras, non cor-“
 ruptas concessit. Quamobrem, si quando quoad nu-“
 merum annorum nos explicare minime valemus,“
faten-

“fatenda est ignorantia qua laboramus. Et attenden-
“dum, Sacras litteras quandoque tam concile loqui,
“ut non facile adpareat, unde suppeditatio incipienda sit.
“Maneat itaque Scriptura incorrupta, quæ si labefacte-
“tur in uno aut altero loco, in aliis quoque suspecta e-
“rit. (b) Sequatur igitur hoc consilium quivis pius &
prudens interpres, & ignorantiam potius, aliis ten-
tatis omnibus se expediendi viis, lubens & ingenu
fareatur, quam minimam admittat mendam. Quid
enim inde periculi aut damni? Certe nihil. Mane-
bunt fortasse semper in Scripturis difficultates, qui-
bus tollendis impares se fateri necesse habebunt etiam
maximi polyhistores. Nos autem eo lubentius in
præsenti hocce instituto salutare monitum sequi co-
nabimur, quo magis tenuitatis nostræ sumus consciæ,
& probe memores, de iis, quæ nos ignoramus, in-
gentia conscribi posse volumina. Quod tamen non
impedit, quo minus in antecessum aliorum ad hunc
solvendum nodum tentamina breviter enarremus,
ut sic appareat, non esse de ejus solutione desperan-
dum.

(a) *Philot. Sacr. L. I. Tract. 1. p. m. 82.* (b) *in com-
ment ad 2. Reg. VIII; 17. p. 259.*

§. V.

Conspectum illa primo subeat opinio, Hierony-
mo quæ arrisit, Kimchio, Abarbaneli, Luther
(a) Buxtorffio, (b) Schmidio (c) Majo, (d) aliisque.
His nimirum placet, 2. Reg. VIII. 26. innui, Achazi-
ziam anno ætatis suæ XXII. ab avo & patre datum
decla-

declaratumque regni successorem. Tempus autem quo patri mortuo revera successit idem Achazias, i. e. annum ejus XLII. exprimi volunt 2. Chron. XXII: 2. Ne vero pater, anno XL. mortuus, (e) filiumque nactus successorem, annos natum quadraginta duos, eodem, hoc modo junior, annis duobus fiat: integras viginti annos ætati patris adjiciendos arbitrantur. Porro, octo illos imperii annos, quos patri Joram tribuit Sacer Codex (f) eos esse putant, quibus feliciter res suas gessit, בחרן in fortitudine sua, ut loquitur Kimchius. Anni reliqui vitæ Jorami XX. quod inglorius eos transegerit, cum in manum Arabum, morbumque incidisset, ex horum mente, non patri, sed filio Achaziæ adnumerantur. Hic igitur, inde ab anno ætatis suæ XXII. supponitur parentis sustinuisse vices, donec patri post annos XX, mortuo, ejus sexagesimo, quadragesimo secundo suæ ætatis anno, succederet. Sed quo minus hæc admitti queat hypothesis, quatror obstante videntur rationes. I: o Quod constanter, ubi de annis imperii Jorami sermo est, octo tantum annis imperasse dicatur, idque tribus locis, 2. Reg. VIII. 17. 2. Chron. XXI: 5. & 20. II: o constat e 2. Chron. XXI. 5. sub octo annis imperii, annos quoque illos inglorios contineri, cum ambularet כלא חסנה absque desiderio, i. e. absque civium applau- su. III: o Spatium illud infelcis imperii, morbique, annis non XX, sed duobus, in Epistola Eliæ ad Joramum, definitur, 2. Chron. XXI: v. 15, 19. IV: o Regum Judæ Chronologia, ejusque cum Israëliticorum συστηματι plurimum turbatur.

(a) *T. W. Lat. Jen. fol. 722.* (b) *Anticrit. p. 411.* (c)
Obs. ad 2. Reg. VIII: 26. (d) *Oecon. Temp. p. 869.* (e) *2.*
Chron. XXI. 5. 20. (f) *loc. cit.*

§. VI.

A Lii, hoc loco, phrasin, *Filius quadraginta duorum erat Achazia dum regnaret*, exponunt, regnum ejus duravit usque ad quadragesimum secundum ætatis ejus annum: vel sic; anni 42. exacti erant in regno Achaziæ, inde a nativitate ejus, priusquam legitimus successor, qui cum auctoritate regnum administraret, ei daretur Joaschus filius. coll. I. Sam. XIII. i. Nimirum, et si vivus unum tantum annum regnaverit Achazias, ipsius tamen regno adscribendi quoque primum sex anni matris ejus Athaliæ, quibus, extincto semine regio, mulier præter fas regnavit. Deinde XIII. anni filii ejus Joaschi, qui ab ætatis anno septimo, quo inauguratus fuit, usque ad vigesimum, quo majorenxis demum factus est & regno aptus, fluxerunt. Qui XX. anni, si addantur XXII. annis, quos natus erat Achazia cum regnum adiret, habemus XLII. annos, tum demum exactos, cum Joas ipsem regnum administraret, adeo ut tam diu Achaziæ regnum durasse, non immerito dici sibi persuadeant, quemadmodum dicitur Saulem fuisse filium anni, cum regnaret, i. e. annum fuisse exactum ab ejus inauguratione (a) Hæc sententia propterea nostrum calculum impetrare non potest, quod a simplicitate remotior, nec phraseos expositio, similium locutionum collatione, adhuc satis munita videatur.

(4)

(a) cfr. Lud. de Dieu ad b. l. p. m. 88. it. Calov. Bibl. Ill. fol. 855.

§. VII.

NOnnulli XLII. istos annos, non ad Achaziam, sed ad patrem ejus Joramum, referendos arbitrantur. Verba autem textus hac ratione exponunt; deinceps regnavit, (scil. solus, post *vicarium* duorum^c annorum, vivo, sed ægrotante patre, imperium)^c Achazia filius Jorami regis Judæ (nati) XLII. annos,^c cum (solus) regnare inciperet Achazia, qui annum unum (solus) regnavit Hierosolymis^c (a) Hanc sententiam Mejero tribuit Marekius (b) Buddeus autem Jo. Andr. Danzio, collegæ suo, semet eam debere fatetur, eamque planam, minime coactam, omnesque tollentem difficultates, existimat. (c) Interim tuis hæc quoque gravatur difficultatibus. Quarum una hæc est, quod sic Joramо anni regiminis tribuantur decem, ut simul cum XXXII. faciant summam XLII. annorum, cum tamen e 2. Reg. VIII. 15. 25. adpareat, Joramum Judæ regnare cœpisse anno V. alterius Jorami, & Achaziam factum regem anno Jorami Israëlitici XII. unde octo, non decem anni prodeunt. Huic objectioni ita occurrit Buddeus, (d) ut supponat, annos Jorami Judæ regis VIII. & duos Achaziæ vicarii imperii, non fuisse integros. Quod licet admitteremus, tamen hæc conciliandi ratio altero quoque premeretur incommodo, nimirum, quod sic dictiō nem Silluki manifeste transilire debeamus, primum secundo jungendo versum, quod salvis accentuum Ebraicorum legibus fieri non potest.

(a) cfr. Ramb. not. ad 2. Chron. cap. XXII: 2. (b) Syllog. Exerc. Theol. Philol. Exerc. XVIII. (c) Hist. Eccl. V. T. T. II. p. m. 383. 1. (d) loc. cit.

§. VIII.

DE annis a nativitate regis Achaziæ præterlapsis verba hujus loci ingeniose hunc in modum explicat Reimius; (a) medietas XLII. æmorum (erat) Achazias, cum regnare inciperet &c. vel sic; inter XLII. annos (erat quasi medius) Achazius, &c. & quidem sequentibus subnixus rationibus. **וּבָין** a repetenda, quæ radix prim. notat *distinctus* fuit, coll. rad. Arab. **בְּאַנְ** id. Derivatum **בֵּין** & per syncopeν **בֵּין**, coll. Pl. LX: I. distinctionem, medietatem, inter, significat. Sic & Arabibus **מִדֵּן**, **inter**, exponitur. Idem & Syris obtinet. cfr. Vert. Syr. Matth. XIII: 49. Eandem vocis **בֵּין** notionem evincit locus I. Sam. XIII: 4. ubi **אִישׁ הַבְּנִים** *Vir medietatum i. e. intermediateus, inter duo castra, reddendum.* Similiter **כִּנּוֹת** in fœmin. Ezech. X: 2. medietates valet. **וְהַ** Hac expositione admissa, concordabit optime locus parallelus 3 Reg. VIII. v. 26. ubi Achaziæ ætas XXII. annis expresse definitur. Quod si quis instet, annis XLII. bifariam divisis æqualiter, inde tamen non prodire annos XXII. respondendum, hinc reddi manifestum, egressum jam fuisse Achaziam XXI. ætatis suæ annum, & vix ingressum XXII. cum regno ad moveretur.

וְהַ Aliis quoque exemplis hanc hypothesin fulcire conatur. Sic v. c. Rehabeam I. Reg. XIV: 2. natus perhibetur **XLI**, annos cum regnare inciperet. Hoc

Hoc autem aduersari videtur 2. Chron. XIII: 7. ubi filius Abia parentem Rehabeamum puerum & tenerioris cordis fuisse ait, cum regnum susciperet. Ergo & hic *medietas* XL. annorum obtinebit, quod & in vocem נֶבֶת rectius cadit, & temporum calculo, ac Genealogiae Rehabeami congruit. Sic & (g) vix o-
vum ovo similius opinatur, quam exemplum Jeho-
jachini loco nostro. Dicitur is 2. Reg. XXIV: 8. o-
ctodecim annos natus, cum regnum adiret. Sed 2.
Chron. XXXVI: 9. octo eidem eodem tempore ad-
scribuntur anni. Igitur & hoc loco vox יְמֵן per par-
tem dimidiā vertenda, ut loci utriusque pugna tol-
latur. Idēm (y) *exemplum Hiskiae* firmare laborat. Is
enim XXV. annos natus dicitur cum rex crearetur,
2. Chron. XXIX: 1. E capite vero præcedenti v. 1.
colligitur, patrem Achasum omnem vitam suam non
nisi ad XXXVI. annorum spatium protraxisse, unde
patet eum juvenem X. ad summum annorum fuisse,
cum matri Hiskiae matrimonio jungeretur. Quod quia
experiens repugnare videtur, vocula יְמֵן medium si-
gnificabit. Tandem (d) *exemplum Isbositbi* subjun-
git, qui 2. Sam. XI: 10. dicitur natus annos XL, cum
sceptra capesseret. Sed quia Saulis filius natu mini-
mus fuit, sequi putat Reimius, *medium annorum in-*
nui &c.

Huc fere redeunt pro ornanda sua sententia a
Reimio collectæ rationes. Fatemur ingenue, planam
omnino facilemque videri illam hæc loca conciliandi
viam. Largimur quoque vocem יְמֵן, per se positam,
notiōne medietatis admittere posse sed dubium tamen ad-
B2
huc

huc manet, an integra phrasis, ubi nimirum ^{יְהוָה} voci
 יְהוָה jungitur, eandem admittat. Exempla prolata
 tum demum rem conficient, cum evictum fuerit, non
 posse commode difficultates in iis occurrentes tolli,
 nisi receptum & famosum phraseos sensum deseramus.
 Hoc autem vix ostendi posse, nobis probatu non foret dif-
 ficile, si his diutius immorari liceret. Phraseos igitur sen-
 sus usitatus, idemque simplicior, in stilo præsertim Histo-
 rico, uno æque ac altero loco videtur retinendus.

(a) *Disp. de Achazia etate non majore parente, habi-*
Jen. 1714

§. IX.

AChaziæ qui annos illos XLII. adscribendos volunt
 cum respectu ad ejus domum maternam, non in
 no eodemque modo mentem exponunt.

Prima miscent ultimis, ultima primis, textumq; mi-
 re transponunt Junius & Tremellius, dum ita reddunt;
 "cujus matri nomen Hathalja, nata Homri, agentis qua-
 "dragesimum secundum annum, cum Achazia regnaret,
 "qui anno uno regnavit Jeruschalaimis. In hac nam-
 que versione ætas XLII. annorum, quæ verba ratio-
 ne accentuum proxime cohærent cum immediate se-
 quentibus, per trajectionem refertur ad ultimam vo-
 cem Homri.

Nec melius videtur successisse negotium Usserio
 in hujus loci tollenda difficultate, qui annos istos non
 ad Achaziam, neque ad Omri, sed ad Athaliam, filiam
 Omri & matrem Achaziæ, refert. Fit enim illud im-
 mani turbatione ordinis & inversione verborum, pri-
 ma prioris hemistichii verba in posterius trajiciendo
 auda-

audacius, ut ea cum Athália combínenetur, & utriusque vim inferendo manifestam. (a) Quæ conciliandi ratio etiam propterea admitti nequit, quod ab initio versus non **נָבָע** sed **נָבָת** legatur. An vero præterea totidem Athaliam egisse annos, cum regnare inciperet Achazias, e Codice Sacro certo constet, ipse viderit Usserius.

Non multum abludunt, si rem ipsam spectes, qui annorum, heic in quæstionem venientium, terminum a quo, faciunt tempus decreti divini de exscindenda domo Davidis una cum domo Achabi, ob adfinitatem cum domo Achabi contractam: vel, ut alii planius, tempus, quo solus regnare cœpit Omri. Ita minus coacte verba textus interpretatur Rambachius; Achazias regno^c admotus, in suis qua lineam maternam, majoribus filius fuit XLII annorum.^a Quemadmodum idem illam impietatem imitatus est, quæ per XLII annos, inde ab avo materno Omri, in regno Israëlitico obtinuerat. Omri namque sublatis æmulis, flagitosissime regnat solus per VIII annos. (b) Hos excipiunt Achabi & filii ejus Achaziæ anni XXII. Iis vero Joramī Israëlitici addantur XII, ut sic anni prodeant XLII. Dubia, contra hanc sententiam mota, huc fere redeunt. Mirum videtur, *pri-
mo*, annos regis Judæ calculis domus Omri supputari. Respondet Lightfootus, id esse divinæ propter Joramī impietatem, iracundiæ exemplum. Volut nempe Spiritus S. idolatriam domus Omri hoc calculo velut stigmate notare, indignaque eam familiam ostendere, quæ inter progeniem Davidicam numeretur. Habetur præterea quid in textu, quod hunc observandum esse calcu-

calculum innuit. Notanter Athalia, mater Achaziæ, in hoc v. 2. *filia Omri* dicitur, cum *Achabi filia* potius dicenda videretur: ut nimirum moneantur lectores, h. l. non tam ad ætatem Achaziæ, quam durationem familiæ Omri, cui Achazias, per patris adfinitatem in nexus fuerat, esse attendendum. Objicitur 2:0 insolens videri, quod phrasis, *filius tot vel tot annorum*, annos denotare debeat non a nativitate personæ, sed ab alia quadam epocha inchoatos. Reponi vero potest, non adeo infrequens esse, annos regum in S. Codice, non a regni initio, sed ab alio termino numerari. Quam in rem conf. 2. Chron. XVI: 1. I. Sam. XIII: 1. Debetur hæc sententia auctori Chronicæ Seder Olam, eamque deinde, cum Judæorum doctores alii, tum Christianorum plurimi vel defendere, vel ornare paululum immutatam conati fuerunt. Horum e numero sunt Mejerus, Lightfootus, Waltherus, & cum primis Rambachius, aliquie. Nec sine ratione hi docti Viri hanc præsentem nodum solvendi rationem ceteris palmam præripere judicant, donec alia simplicior, nullisque difficultatibus obnoxia, in medium proferri queat. Eam igitur & nos putamus satisfacere posse animo, qui in ejusmodi rebus, quæ nihil ad salutem faciunt, anxiæ & inutili curiositati non indulget.

(c) Quod si & hæc cuiquam displicerint, ignorantiam fateri satius ducimus, quam largiri fontes sacros
h. l. esse corruptos.

(a) In Chronol. Sacr. (b) I. Reg. XVI, 23, 29. (c) Ramb.
not. ad 2. Chron. XXII, v. 2.

Præstantissime atque Eruditissime Domine, AUCTOR egregiæ
hujus dissertationis Dexterrime, Popularis & Amice Integerrime.

Intrigior fuit illa, quam Tecum per aliquod tempus colui
amicitia, quam ut adeo opportunam occasionem, sine ulla,
ex Tuis in bonis literis progressibus egregiis perceptæ lati-
titæ præterire pateretur significatione. Nostidudum quali in Te
sim animo: novi ego vicissim Tuum erga me adfectum.

Si vero me recte nosti, lenociniis verborum inanibus aures
amici demulcere, moris mei non esse, insimul nosti. Hinc est,
quod Temet, pro ea, qua polles modestia, ægre non ferre
confidam, si justo brevior fuero in encomiis & laudibus Tuis
celebrandis, quarum tamen, diffiteri non possum, ampla satis
mihi suppeteret materies. Scimus, quotquot Te novimus, o-
mnes, Te durioribus inde a teneris ut dici solet unguiculis
vexatum fuisse fatis: jam in infantia sat matura morte Patre or-
batum fuisse desideratissimo, & cui dein spes Tuas commenda-
res, præter Deum O. M. habuisse fere neminem. Sed, quemad-
modum palmes sub onere latius accrescit: ita & Tua virtus
eo majori cum alacritate, quo magis pressa fuit, ad egregia
quævis propendere cœpit, novasque accedente novo impedi-
mento recipere vires.

Nunc, quando non minus feliciter electum, quam egregie
atque eruditissime conscriptum, edis specimen Tuæ virtutis &
sub vaga fortuna bene collocati temporis, non possum non ma-
gna, immo, si dicendum quod res est, maxima adfici latititia:
Ita enim eruditionem & virtutem Tuam, haec tenus tantum non
inter præcordia & amicorum mentes latitantem, magis magis
que innotescere & quasi reviviscere deprehendo, & sic quidem
fausto omne ad sublimia Pindi, quæ ipsam decent, propediem
tendere culmina. Maecte itaque hac virtute & eruditione esto!
Sit felix hicce ingenii fœtus Auctori suo felix! Adsit dein fa-
vor Summi, quod veneramur, Numinis, cunctis aliis Tuis co-
natibus honestissimis, & sic lata, immo latissima Te semper
manebunt fata ex voto

Tui integerrimi,
ISRAELIS ALTAN.

Mon très-Cher & très-honoré Oncle.

L' affection & l'estime singuliere, que je conserve depuis long temps pour Vous, mon très Cher Oncle, ne me permet pas de demeurer dans le silence, au milieu des applaudissemens, que chacun de Vos Amis, & même de tous ceux, qui aiment les sciences, s'empresse de Vous accorder, sur la savante dissertation, que Vous êtes sur le point de donner au public un de ces jours. Car sensible comme je suis à tout ce qui Vous regarde, pourrois-je, mon très-Cher Oncle, laisser passer une si belle occasion, sans Vous temoigner la part, que je prens à Votre bonheur, & ne seroit-ce pas blesser les maximes de la politesse, du devoir, & de la reconnoissance, que d'y manquer? Souffrez donc, mon Cher Oncle, que je me mette aujourd' hui au nombre de ceux, qui viennent rendre justice à Votre mérite, & Vous féliciter sur les excellens talens, & sur les grands progrès dans les sciences, dont la nature & Vos peines Vous ont si abondamment voulu favoriser & orner. Enfin je me borne à de simples Voeux, & Vous prie de croire, que personne n'en fait de plus ardens, que moi, pour Votre conservation, pour Votre contentement, & pour Votre parfaite prosperité, désirant même, qu'ils soyent accompagnés des recompenses dignes de Vos travaux assidus & de Votre grande application aux études. C'est de quoi je Vous prie d'être persuadé, & de l'attachement parfait, avec lequel je ferai toute ma vie

Mon très-Cher Oncle,

Votre très humble & très-obéissant
Serviteur,
JEAN WESTZYNTHIUS.